



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XXXIII. Miles, cuius uita improbißima fuerat cùm moreretur, se ualde poenitentem praebet; & seruatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

MIRAC. VIRG. XXXIII.

Miles, cuius vita improbissima fuerat cum moreretur, se ualde poenitentem praebet; & seruatur.

Mlles nobilitate quidem excellens, sed uita improbissimus, in inimici manus incidit, quæ cum ad caedem paratum uideret, supplex orauit, ut per diuinam misericordiam, saltem differret, donec peccata sua alicui sacerdoti patefecisset. Illud minimè ab inimico impetrari potuit, qui uerebatur, ne id fieret, ut posset elabi, & effugere. Infelix humi iussus procumbere, ut sibi caput obruncari sineret, statim paruit. Huius animi desiderium cum Deus optimè nouisset, & se ipse eo tempore uirginis filij in fidem, & clientelam commisisset, caput obruncatum est. Forte ibi quidam erat, qui cacodaemonib. torquebatur. Ex illis multi percunctati sunt, an læticiam caperent, quòd occisi illius hominis, & perditissimi anima ad inferorū tenebras fuisset demissa. Non perditam esse illam animam, responderunt cacodaemonēs; sed solo uerbo quod ipse moriens dixerat, seruata fuisse restabantur.

MI.

-IM